

922.
DE
1782, 13.
VICARIATV SAXONICO
LIBELLVS SECUNDVS

S C R I P S I T

E T

ILLVSTRIS I. CTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

P R O

LICENTIA IN IVRE ET GRADV DOCTORIS

DISCEPTATIONI PVBLICAE

D, XXVIII. FEBR, CICCI 1782.

H A B E N D A E

O F F E R T

CHRISTIANVS DANIEL ERHARD

A. A. M.

L I P S I A E
EX OFFICINA BREITKOPFIA.

S E R E N I S S I M I
SAXONIAE PRINCIPIS ELECTORIS
C O M I T I B V S
C O N S I S T O R I A N I S
I L L V S T R I S S I M I S
A T Q V E
E X C E L L E N T I S S I M I S.

BRUNNEN
GOTTLIEB
H. 1819

S V M M I
SENATVS ECCLESIASTICI
P R A E S I D I
ILLVSTRISSIMO
NEC NON
A D S E S S O R I B V S
S V M M E R E V E R E N D I S
ILLVSTRBVS I. CONSVLTISSIMIS.

PATRONIS SVMMA PIETATE COLENDIS.

*A*cademiae Lipsiensi cum me et
quantulum in me est virium conse-
crare decreuerim, cui potius hunc li-
bellum

*bellum offerre possim, quam VOBIS,
quos patres et protectores huius Aca-
demiae Serenissimus Saxoniae Elector
esse voluit, et de quorum ea beni-
gnissimo patrocinio, liberalissimaque
tutela laetatur? Cum enim non tan-
tum viros doctrinae grauitate et me-
ritorum amplitudine insignes suspi-
ciendos atque ornandos judicetis, sed
eos quoque, qui nunc primum huius
stadii academici decursum ingredian-
tur, indulgentia atque clementia VE-*

STRA

*STRA excitandos et confirmandos
esse existimetis: quid dubitem, me
quoque measque rationes VESTRO
commendare patrocinio, quo ne in-
dignus videar non solum assiduitate
et integritate, sed summa quoque pie-
tate et obseruantia erga Vos, (quos
vt per longam annorum seriem rei-
publicae nostrae literariae summum
numen salute, incolumitate et omni-
bus rebus, quae ad humanae felici-
tatis summam referuntur, florentissi-*

B

mos

*mos conseruet, precor) omni studio
elaborandum mibi esse putabo.*

*VIRI ILLVSTRISSIMI,
ILLVSTRES,*

SVMME REVERENDI,

*S P L E N D I D I S S I M I S
N O M I N I B V S V E S T R I S*

*ADDICTISSIMVS
CHRISTIANVS DANIEL ERHARD.*



Quanquam de *Vicariatu Saxonico in casu absentiae imperatoris* dissertationem
scripsit IOANNES ERNESTVS KREGEL pri-
mum editam Lipsiae 1707. recusam ibidem 1745.
tantum tamen abest, vt isto libello hoc ar-
gumentum ita pertractatum sit, vt omnem
aliam eius retractandi operam inutilem fece-
rit, vt potius, quae ipsius auctor non attigis-
set exponere maxime necessarium videretur.

B 2

Vt

Vt enim alia praeteream, ea sane, quae recen-
tissimis Capitulationibus Imperatorum Roma-
norum in hac causa essent fane desideran-
tur, quae quidem cum aliis ad tempora, qui-
bus Imperium Romano - Germanicum vacare
dicitur, spectantibus, de quibus in hoc libello
exponere constitui, esse addenda putaui. Quod
ad Diploma sub A attinet, licet hoc jam TOL-
NERVS in *historia Palatina* *) exhibuerit, ta-
men, quia exemplar magis accuratum, in quo
nomen ciuitatis Vlmae expressum reperieba-
tur, habere mihi contigit, justa de causa adii-
cere non dubitaui.

DE

*) In Diplomatario N. CLXXXVII.





DE
VICARIATV SAXONICO
VIVO IMPERATORE.

§. I.

Non solum eo tempore, cum morte orbatum est moderatore ordinario Imperium, sed eo quoque, cum is alia qua de causa est impeditus, quo minus potestas eius fere exscrere queat, *vacare* imperium dicitur ^{a)}. Cum enim finis, quem sibi quisque populus in principie

B 3

^{a)} Evidem scio communi ratione loquendi regnum nisi morte vacare non dici, sed nihilo secius ita esse rei ipsius ratio docet. In pontificatu ceterisque potestatibus ecclesiasticis, per eos casus, qui regnan-



principe eligendo proponit, sit is, vt per eum ipsum, non per alium securitas atque vtilitas publica conseruetur, apertum est, toties esse Interregnum, quoties acciderit, vt princeps ipse rempublicam gubernare nequeat.

§. 2.

Cum vero duo genera sint cauſarum, quibus *vacare* possit vivo regnante Imperio, alterum earum, quae ſana ratione ſalua principem facultate priuant, regnum adminiſtrandi; alterum horum, quibus accidit, vt aut is eligatur, qui ad rationis uſum nondum peruenit, aut cum electus eam habuerit, tristi fato ea priuetur, dicere quis posset, ſe concedere quidem, ſecundo genere fieri interregnum, quod vero ad primum attineat, principem, cum ipfe regnare prohibetur, quos velit interim gubernacula tenere, conſtituere poſſe. Quod quidem ego principi licere nego. Nam quod ipſi deman- data eſt ſumma potefas, eo non ſimul libertas, aliud, quem velit, conſtituendi, vt ſuo loco regnum adminiſtret, ipſi delata eſſe intelligitur, ſed ſi qui principes ea uſi ſunt, aut ob conſeſſionem tacitam, vel expreſſam populi, aut iniuria id feciſſe contendō.

§. 3.

regnantem a rebus gerendis reuocant, ſedes dicitur *impedita*, et licet Imperium Romano-Germanicum nusquam impeditum dici invenerim, tamen a ratione Iuris Canonici factum eſſe videtur, vt inter Imperium morte et aliis caſib⁹ vacans diſtingueretur, et faltem de his vox: *vacare* rarius uſurparetur.

§. 3.

Quodsi legibus ipsis fundamentalibus constituti sint, qui vacante Imperio regnum administrent, tunc dubium non est, quoties aliquid acciderit, quo regnans ordinarius ab imperandi munere prohibeatur, toties eos hanc potestatem posse exercere. Cum autem Imperii Romano-Germanici haec sit ratio, atque in AVREA BVLLA aliisque legibus fundamentalibus Imperii nostri, non solum Electori Palatino, sed Saxoniae quoque Principi Electori hoc insigne Ius tributum sit, vacuum Imperium administrandi, dubium non est, eosdem non solum mortis, sed etiam aliis rei causa vacante Imperio eodem jure gaudere. Sed cum hoc nomine maxime Saxonis causa aliqui item mouerint b) et aliquando Electores Palatini per absentiam Imperatoris Vicariatum Imperii universaliter affectauerint, cur hoc jus Serenissimo Saxoniae Electori conueniat ex ipsis Legibus fundamentalibus et Historiarum monumentis recensere haud inutile visum fuit.

§. 4.

Primum quidem originem huius juris ex AVREA BVLLA petendum esse contendeo, quod enim ad ea tempora attinet, quibus antea Saxo vice absensis Imperatoris

b) Horum agmen ducit LIMNEVS in *jure Publico L. III.* Amborum et Palatini et Saxoui Electoris jus in dubium vocavit; DANIEL de HAECK in dissertatione *de potestate in absentia Vicarium constituendi Imperatori competente.* Traj. 1727. 4.



ratoris regnasse dicitur, jam in primo libello Sectione II. docuimus, hoc non auctoritate juris, sed singulari mandato Regis vel Imperatoris factum esse, vbi etiam ostendimus, hoc munus cum munere Prouisoris Imperii nullam similitudinem habere. Ex AVREA BVLLA vero, non solum a consuetudine, aut a constitutione legum serius scriptarum hoc jus petendum esse, ex natura rei ipsius, (v. §. III.) ex ipsis verbis LEGIS CAROLINAE et ex Reuersalibus Electori Saxonico a CAROLO V. Imperatore datis, demonstrari potest.

§. 5.

Vacare autem latino sermone eo tempore vñitato^{c)} non solum dicitur regnum cum Imperator morte deceſſit, sed etiam cum aliis de cauſis eo caret, imprimis propter absentiam. Saeculo enim post conditam LEGEM CAROLINAM, ad illum casum indicandum relatami fuſſe huius verbi vim, perspicere licet ex registratura officii Vicariatus Ducis Saxoniae Elector: etc. anni 1496.^{d)} vbi haec verba legimus: *Wenn aber folch Verledigung des deutschen Reichs nach alter herkommender Vbung auf zweien Wege wird bedeutet, ausgeleget*

c) De vsu vocabuli *vacuus* apud Veteres vid. verbi cauſa ERNSTI ad Taciti Annales VI. 34. et, quem is laudat, CORTIVS ad Sallustium. Cat. 15.

d) v. MVELLERS THEATRVM COMITIALE sub Maximiliano I. Tomo II. I. Vorſtellung Cap. I. p. 4.

~~~~~

geleget und gebraucht, eyner durch toedtlichen Hintritt eynes Roemischen Kaysers oder Koenigs, der ander, so sich ein Roemilcher Kayser oder Koenig aus deutschen Landen uber die Gebürge fuget etc. Cum enim hic ad AVREAM BVLLAM respiciatur, et Vox Verledigung respondeat illi vacare, quod ibi usurpatur, hanc vocem tunc temporis ad absentiam quoque pertinuisse patet. Ita quoque DV FRESNE in *Glossario* sub voce *vacare* dicit: *Vacans nostri pro absente dixerunt TABVLAR.SANGERM.* 1467. *Les abbés et prieurs du dit St. Germain estoient vacans.* cf. etiam SCHILTER de *Vicariis Imperii* §. 2. in MOSERI *Syntagmate Dissertationum Ius Publicum Germaniae illustrantium* p. 738.

§. 6.

Accedit, quod CAROLVS V. Imperator ipse, cum fratrem FERDINANDVM praefidem Regiminis Imperii per absentiam suam constituisset in reuersalibus 1521. Saxoni datis (de quibus paullo infra vberius nobis dicendum erit) AVREAM BVLLAM fundamentum huius juris esse dicit. Verba haec sunt: — als wir itzo ein Regiment in unserm Abwesen aufgerichtet und beschlossen — dass wir Friderich Herzogen zu Sachsen zugesagt — dass demselben Herzog Fridrich solch unsrer vnd des Reichs Regiment an Sr. Liebden Vicariatambt nach Laut de guldnen Bülle keinen Abbruch oder Nachtheil bringen soll — vnde

C



de jam tunc hoc jus Electoris Saxonici ex AVREA  
BVLLA deriuatum fuisse quisque facile videbit.

§. 7.

Nihilo vero fecius Palatini Electores saepissime Vicariatum generalem absente Imperatore affectarunt, et ad Priuilegium RVPERTO Seniori 1355 a CAROLO IV. Imperatore concessum<sup>e)</sup> ab Imperatore autem MAXIMILIANO I. 1518.<sup>f)</sup> et CAROLO V.<sup>g)</sup> 1520. confirmatum prouocarunt. At responsum est a Saxone, Priuilegium juribus tertii nocere non posse; haec omnia non contra se, sed potius contra alios, si qui Vices absentis Caesaris sibi arrogare voluerint, dicta esse. Deinde etiam MAXIMILIANVM in literis citatis commemorare LVDOVICVM Comitem Palatinum a se pettiisse; ihm das Vicariatambt und Gerechtigkeit, so seine Vordern die Churfuersten gehabt, wenn das Reich vaciret, oder ein Roemischer Kayser, oder Koenig uber Berg gezogen nach Inhalt der guldnen Bull und Kayser Carls Brief gehabt und hergebracht haetten — zu confirmiren und zu bestaetigen, unde pateat MAXIMILIANVM I. cum AV-  
REAM

e) Apud LVNIGIVM in eius Reichsarchiv Pars specialis unter Chus-  
psalz p. 648.

f) LVENIG I. c.

g) Idem Nr. CCL. p. 647.

REAM BVLLAM simul cum priuilegio Carolino ci-  
tauerit Vicariatum Palatinum in casu absentiae in ambo-  
bus fundatum esse existimasse, adeoque hanc Confirmationem  
Vicariatus Palatini tantum respectu terrarum ad  
hunc Vicariatum pertinentium dedisse.<sup>h)</sup> Mihi vero hoc  
quoque ex his verbis colligi posse visum fuit. Cum  
ex verbis diplomatis citati pateat, eo non solum confirmari  
Vicariatum absente, sed defuncto quoque Imperatore,  
contra Saxoniae Electorem datam fuisse hanc confirmationem  
non posse videmus, alioquin enim aperte iniuria factum fuisset, cum ius Saxonis, regnum defuncto Caesare  
vicario nomine admicistrandi ne Palatinus quidem in dubium  
vñquam vocauerit. Historia quoque illorum temporum  
hanc confirmat sententiam, quae quid referat  
paullo post videbimus. (v. in fr. §. X.)

### §. 8.

Nec magis Diploma R V P E R T I regis, quo filium  
L V D O V I C V M Electorem Palatinum Vicarium Imperii  
constituit, cum 1401 coronae Imperialis capessendae  
caussa in Italiam esset profecturus, contra jus Electoris  
Saxonis allegari potest. Primum enim ex fauore singu-  
lari personae atque familie datum fuisse, nec adeo ju-  
ri alterius obesse posse patet; deinde consensu electo-

C 2

rum

<sup>h)</sup> Paucis tantum haec attigi, cum jam vberius exposita reperiantur in denon Sammlungen zur sächsischen Geschichte. IX. Th. n. 1, p. 18. ff.

◆◆◆◆◆

rum totiusque Imperii datum fuisse videmus ex verbis:  
sano et maturo Electorum et aliorum principum Co-  
mitum et Nobilium nostrorum et Imperii sacri fide-  
lium freti consilio et consensu. Cum enim ad eam  
rem Electores consenserint, nec Saxonem contra dixisse  
reperiamus, facile colligi potest, Electorem Saxonicum  
tunc, id quod cuique licet, a jure suo aliquid remisisse.

## §. 9.

Diximus de legum antiquiorum ordinatione, e quo-  
rum verbis jam iis temporibus, non demum nouissima-  
rum capitulationum beneficio Saxonie Electores eo ju-  
re gausi fuerint. Non alienum tamen videbatur, loca  
ipsa Capitulationum, quibus ea jura omnia vberius ex-  
ponuntur atque confirmantur, hic addere. Cum enim  
antea Vicarius per mortem Imperatoris tantum, non  
item per alias causas in Capitulationibus Caefareis men-  
tio facta fuisset, (exceptis his, quae in Capitulatione  
IOSEPHI I. dicuntur, de quibus infra) primum in  
Capitulatione CAROLI VII. Art. III. §. 15. iura Vicario-  
rum ita sunt descripta et declarata: *Gleichergestalten  
wollen wir die Vicarien des Reichs bey ihren ur-  
alten in der gulden Bull und dem unverruckten  
Herkommen gegründeten Rechten der Verwesung des  
Reichs, sowohl nach Absterben eines Roemischen Kay-  
fers, oder Koenigs, als auch bey dessen langwüh-  
riger Abwesenheit außer Reichs, oder wann der-  
selbe, das Regiment selbst zu fuehren durch andere  
Umstaende gehindert werden sollte, unbeeintraech-  
tigt*

tigt bleiben lassen<sup>i)</sup>). Eadem verba legimus in sequentibus FRANCISCI et IOSEPHI II. Impp. Capitulationibus.

§. 10.

Cum vero absentia excepta nulla occasio existentis vacationis in his Capitulationum nominatim expressa sit, paucis adhuc, quaenam sint illae occasiones, quibus Serenissimus Saxoniae Elector jus, Imperium administrandi habeat, simulque quoties et quando singuli Electores hoc jus exercuerint, videbimus. Duplicis, vti supra diximus, eae causae sunt generis, quorum quaedam Imperatorem regnandi facultate tantum morali, aliae vero naturali quoque priuant.

§. 11.

Ad primum quidem genus prae caeteris is, quem vulgo dicunt easum absentiae mihi referendus videtur. Cuius primum post AVREAM BVLLAM conditam exemplum, quo factum fuit, vt Saxonie Elector Regnum administraret, refert MVELLER in *Theatro Comitiali* sub F RIDERICO V. IV. Vorstell. Cap. XXXXIII. p. 326<sup>b</sup>. Cum enim de itinere F RIDERICI V. Imperatoris ao. 1468 in Italiam facto multa nar-

C 3

rasset,

i) Quid huius mutationis causa collegium principum monuerit vid: apud MOSERVUM in notis ad hanc capitulationem P. III p. 373.



rasset, haec verba addit: *Endlich ist noch zu gedenken, daß bey Abwesenheit Kayserlicher Majestät die Herren Reichsvicarii ihr hohes Vicariatamt angetreten haben.* E Documentis quidem, quibus haec demonstranda erant, tria ad Electorem tantum Palatinum spectantia exhibuit pag. 326 et 327. de Saxonico nullum addidit. Plane tamen, cum alias nunquam MVELLERVM afferuisse quicquam constet, nisi quod ex veris Documentorum publicorum fontibus hauserat, ob eam rem eorum, quae de Saxone dicit, veritas, non potest in dubium vocari. Alterum vero exemplum magis certum extitit ~~ao.~~ 1496. Quo anno cum MAXIMILIANVS I. in Italiā esset profectus, non solum Elector Palatinus, sed FRIDERICVS quoque III. Elector Saxonie Imperium administravit, cuius literas vicariales legimus apud MVELLERVM l. c. sub MAXIMILIANO I. <sup>k)</sup> II. Th. III Vorſt. p. 5<sup>a</sup> n. III. Electorem vero Palatinum Ius Saxonis in dubium tunc non vocasse,

<sup>k)</sup> Verba Diplomaticis ipsa addere non alienum visum fuit: *FRIEDERICHS, von Gots Gnaden Herzog zu Sachsen, des heil. Römif. Reichs Erzmarſchall, Chur - Fürſt, und defſelben Reichs dieſer Zeit gemeiner Vicarj, hie dieſeit der Gepirgen an Enden, in in unfer Vicariat gehörend, Landgräve in Döringen, und Margrave zu Meifjen.*

*Kund und offenbar fey altermenniglichen, Nachdem Wir von unfern treffentlichen Reten, ſo Wir ixt bey der Röm. Kön. Majest. gehabt, wärlich Bericht empfangen haben, daß dieſer Zeit die Röm.*

vocasse, videre licet ex literis, quas exhibit MVELLER  
l. c. p. 6<sup>o</sup> et 7<sup>o</sup> vbi PHILIPPVS Elector Palatinus his  
verbis

Röm. Kön. Majest. über die Berge sich in Lamparten gefügt vnd  
gezogen, Wann Uns dann, nach altem lōblichen Herkommen, vnd  
von wegen unsr's Erb-Amits, von unsrern Vorfahren vnd Eltern  
auf Vns bracht, Königl. Majestät vnd des heiligen Römischn  
Reichs Vicarj in Teufischen Landen und Provincien, in solch Vi-  
cariat gehörende, zu seyn gepürft, darumb Wir solchem Amt  
vorsteen, das vertreten, und verweisen wollen, als Vicarj, Stadth-  
halter Verweser Königlicher Majestät in allen Sachen, so des hei-  
lichen Römischem Reichs Verwandten und Untertanen dieser Land  
und Provincien zu thun haben, vnd in allen des heiligen Reichs  
Händeln, die Vns, von wegen angezeigte unsr's Vicariats-Ampts,  
gebühren, nach unsrnen besten Verstentüs vnd Vermügen ausrich-  
ten, nachdem Wir selbst Begierde vnd Neigung haben, den Frieden  
vnd auch das Recht zu fürdern, das wollen wir hiermit vnd  
im besten allen Stenden im Reiche, hohen und nydern, was Stants  
die sind, Geistlichen vnd Werntlichen, verkündet haben, Vns, als  
den rechten waren Erb-Vicarien des obgemeldeten heiligen Rö-  
mischem Reichs, in yren anliegenden Sachen, die Sie vor der Kö-  
niglichen Majestät so die persönlich intendirlich were, auszurichten  
hettet, wissen zu besuchen, dafs dann also ein yder gutwillige  
vnd gnedige Verhöre vnd Unterricht, wie uns geziemt, empfa-  
hen solle, darnach zu richtend haben. Datum Torgau, Donners-  
tags, Sancti Michahels-tag, mit unsrern zurück aufgedrücktem Se-  
cret besiegt. Anno Domini Millesimo quadringentesimo, nona-  
gesimo sexto.



verbis vtitur: *funder des Vicariats an Enden, als mir zustehet.* Vnde satis patet, eum nullo modo jus Vicariatus sibi soli attributum esse voluisse. (cf. *Sammlungen zur Saechsischen Geschichte* l. c.) In eodem FRIDERICO SAPIENTE exempla habemus, eum postea vices absentis Imperatoris gessisse: Sed ex singulari Imperatoris mandato totius Germaniac, non tantum terrarum ad Vicariatum Saxonicum pertinentium potestatem tenuit. Cum enim 1507. MAXIMILIANVS I. ad coronam Imperialem accipiendo in Italiā esset profecturus, et PHILIPPVS Elector Palatinus eo tempore esset proscriptus, FRIDERICVM III. pro Imperatore in Germania esse voluit. (Diplomata huc spectantia vid. in LVNIGII ARCHIVO IMP. Part. spec. Cont. I. p. 28 et 30.) Ne vero hoc juri ipsius noceret Imperator literis cauit Reuersalibus, quas legimus ap. LVNIGIVM l. c. part. Spec. von Sachsen<sup>1)</sup>). Cum vero  
ao.

1) *Wir Maximilian von Gots Gnaden, Romischer Kunyg und künffiger Keyser etc. bekennen, Als wir itzt in Italien ziehen werden, die Keyserliche Cron zu empfahen, und dieshalben andern desf heiligen Reichs Sachen, dazwischen mit auswarten mügen, und darumb in solchem unsfern ahwesen, den Hochgebohrnen, Friedrichen, Hertzogn zu Sachsen, Lantgraven in Dhürringen, und March-Grauen zu Meissen, des heiligen Reichs Erzmarschall, unsrn lieben Oheymen und Churfürflen, zu unsfern und des heiligen Reichs Statthalter gesetzt, desf Er sich auf unser Begeer bewilligt hat, das wir demnach Seiner Lieb zugesagt haben, und*

ad. 1521. CAROLVS V. Imperator Regimen Imperii (*das Reichsregiment*) constitueret in comitiis Vormatiensibus decreuisset, Palatino simul et Saxoni literas Reversales dedit, quibus eorum jura tenendi Vicariatus in easu absentiae salua praestarentur. (Cf. *Beytraege zur Saechsischen Geschichte I. c.*) FRIDERICO vero sapienti Saxoniae Electori Locumtenentis generalis, (*Stadthaltergeneral*) nomen per Germaniam tribuit, quem hic etiam usque ad obitu retinuit.

§. 12.

Ab illo tempore usque ad nostram aetatem per duo Saecula nunquam Vicarios occasionem absente Caesare regnum administrandi habuisse vulgo existimant. Sed CAROLO VI. Imperatore electo, cum hic in Hispania bellum gereret, ambo Vicarii, qui antea post IOSEPHI primi obitum munere suo functi essent, idem absente CAROLO VI. continuarunt \*) donec in Germaniam rediisset, atque ad capitulationem seruandam ipse jure juringo fese adstrinxisset. (Cf. *Capitulatio CAROLI VI. Art. XXX.*) Quod vero hoc easu excepto nullum aliud

*und thun das wissentlich in Craftt dies Brives, also, dasß ßme  
solch Annemung des Statthalter - Amts an seiner Gerechtigkeit  
des Vicariats, als einem Churfürsten zu Sachsen, und so weit sein  
Vicariat - Amt reicht, in künftig Zeit unvergriefflich und un-  
schädlich seyn soll.*

\*) Cf. (Excell. HEINRICH) *Geschichte des deutschen Reichs, Riga und Leipzig 1779. III. Th. p. 209.*



aliud intra tot annos exemplum extiterit, nec variis illis  
a IOSEPHO II. Imperatore factis itineribus extra fines  
Imperii factum fuerit, vt Vicarii jus suum exercere vo-  
luerint, haec causa esse videntur. Primum a CAROLI  
V. tempore negotia extranea rarius, aut nunquam auoca-  
bant Imperatores e Germania. Deinde cum coronatione  
Papali sibi non opus esse Imperatores existimarent, ipfis-  
que titulus Imperatoris electi sufficeret, etiam expeditio-  
nes illae, quae vulgo dicebantur <sup>m)</sup> Romanae, cessarunt,  
denique si aliquoties Imperator noster IOSEPHVS II. e  
finibus Germaniae abesset, nec publico hoc nomine iter  
institutum, nec ad tempus satis longum hoc factum fuit,  
vt operae dignum fuisset, tanta negotia, quae ad munus  
Vicarii accipiendum, atque hoc indicendum Imperii Ordin-  
ibus requiruntur, moliri; nec saepissime ad omnia rite  
ordinanda tempus, quo aberat Imperator, suffecisset. Di-  
fertis quoque verbis de longiori absentia loquitur capitulatio:  
*oder auch bey dessen (des Kaysers) langwieriger Abwesenheit außer Reichs.* Igitur nullo modo  
dici potest, Serenissimos Vicarios jus suum neglexisse, mul-  
to

<sup>m)</sup> Quoties enim Imperator extra fines Germaniae proficiscitur ab-  
esse intelligitur. Absens itaque dicitur etiam, cum in Italia est, (*über*  
*Berg, vii vett. dicunt.*) De Bohemia dubitatum fuit, quia haec olim ad  
Germaniam non pertinebat, sed cum inde ab anno 1708 arctiori nexus  
cum Imperio Germanico juncta sit Bohemia, per iter Bohemicum  
non fieri, ut pro Absente habeatur Imperator, ipsius rei ratio docet.  
Cf. MOSER ad Capitulationem IOSEPHI II. Imp. ad Art. III.  
§. II. p. 133.

to minus, eo, quod rarius ipso vni fuerint, amississe. Sed rarius tantum, quam alias, eius exercendi commoda affuit occasio, que si extiterit, dubium non est, fore, ut Serenissimi Vicarii sine omni contradictione hoc jure libere ambo vtantur.

## §. 13.

Cum libertate priuet *captiuitas*, nec alius, nisi homo liber ad regnandum sit idoneus: *Imperatore captivo* regnum vacare satis conspicuum est. Vedit hoc jam RUPERTVS II. Elector Palatinus, qui cum VENCES-LAVS rex ao. cl<sup>o</sup> ccclxxxiv a Bohemis captus fuisse pro vacante Imperium habuit, adeoque eius Imperatoris loco Regnum administrandi munus adiit, cum antea literis hoc se facturum esse ciuitatibus Imperii significasset, quarum exemplaria sub lit. A et B. (quae non tantum concepta, vt quidam volunt, sed ad illas etiam missas fuisse, ex nomine civ. *Ulmae*, quod in exemplari nostri adiectum reperiebatur, colligi potest,) a nobis subiecta fuerunt. Quid Saxonie Elector eo tempore hanc ob caussam fecerit, non constat. Quodsi solus tunc Vicarius fuerit Palatinus, non sine consensu Saxonis fuisse docere videntur verba: *so sind wir mit unsfern Mitkurfürsten auch also davon gescheiden*. Idem existimare videtur. STRIV-VIVS (vid. eius *Reichshistorie* §. XXIV. §. 10.)

## D 2

## §. 14.



## §. 14.

Tertia cauſa, qua efficitur, ut vivo Imperatore Serenissimi Vicarii jus ſuum iphis confeſſum exerceant, vivo Imperatore, eft is, cum electus quidem eft nouis Imperator, fed ad Capitulationem feruandam nondum ipſe jurifiurandi religione ſeſe adſtrinxit. Nam hoc vbi fit, quanquam adeſt Imperator, tamen, cum nondum aderit Imperium, adhuc vacare illud intelligitur. Quod primum legē ſancitum eft fundamentali in Capitulatione CAROLI VI. art. XXX. hiſ verbiſ: *wir versprechen und geloben aber, fo thane Beschwoerung der Capitulation, sobald wir in das Reich und nach Deutschland kommen, und noch vor Empfahung der Krone in eigener Person ſelbst zu leisten — auch ehe wir ſolches gethan, uns der Regierung vorher nicht zu unterziehen, ſondern geschehen zu laſſen, daß die in der gulden Bull benahmten Vicarii indeſſen statt unſer die Adminiſtration des Reichs continuiren.* Cum ve-ro haec verba ſimul ad absentiam ſpectarent (vid. ſu-pra §. 12.) in Capitulatione CAROLI VII. Imperato-riſ §. 5 et 6. haec tantum leguntur: *wir versprechen und geloben aber fo thane Beschwoerung der Capitulation noch vor Empfahung der Krone in eigener Person ſelbst zu leisten, auch ehe wir ſolches gethan etc.* Eadem verba legimus in Capitulatione FRANCISCI I. Imp. In IOSEPHI II. vero Capitulatione hic locus mutatus legitur. Verbi enim: *auch ehe wir ſolches ge- than etc.* ibi ſunt omiſſa, quea addere, cum adhuc viveret FRANCISCVS Imperator, minus neceſſarium videbatur.

## §. 15.

## §. 15.

Secundum genus euentorum, sub quibus viuo Imperatore Imperium Romano - Germanicum vacare dicitur, est eorum, quibus efficitur, ut facultate etiam naturali regnandi caret Imperator. Quo primum illud pertinet, si impubes, vel minor fuerit electus. Ante annum enim XVIII. ex legibus fundamentalibus Imperii Romano - Germanici facultate regnandi carere intelligitur Imperator. Licet enim quis dicere posset, etiam ante hunc aetatis annum usum rationis hominem consequi posse, certum tamen quoddam tempus erat definiendum. Hoc vero primum omnium factum est Capitulatione IOSEPHI I. Regis Rom. Cum enim antea nulla lex maiorem aetatem Imperatoris determinasset,<sup>n)</sup> hic primum legimus: *Wir sollen und wollen uns auch keiner Regierung oder Administration des heiligen Roemischen Reichs, so lange Ihr Kayserliche Majestaet am Leben, oder nach Dero Todt — zu Praejudiz derer Reichsvicarien — unterziehen, bis wir das achtzehende Jahr unsers Alters erreicht und angefangen haben.* Quod vero annus decimus octauus hic constituantur, a similitudine

D 3

dine

n) Licet in veteri Francorum regno, ante XXIV. aetatis annum nemo rex creari posset, tamen in Imperio Romano Germanico multo minoris aetatis Imperatores regnare coepisse notum est, vt CAROLVS V. et FERDINANDVS IV. quorum ille decimo nono, hic vicefimo aetatis anno Imp. adeptus est. Cf. LUDOVICI GVSTAVI FINKLERI diff. de Capitulatione IOSEPHI etc. Altdorf 1692. Conf. XXVI. p. 40.



dine aetatis maioris Electorum in AVREA BULLA  
sic determinatae factum esse videtur<sup>o</sup>). Ius quoque, mi-  
nore Imperatore regnum administrandi in CAROLI VII.  
et sequentium Imperatorum Capitulationibus Art. XIII.  
9. his verbis tribuitur: *Und da nach Absterbung ei-  
nes Kaysers, oder bey dessen Minderjaehrigkeit —  
denen Reichsvicariis die Auschreib- und Haltung  
eines Reichstags allerdings zukommt etc.*

### §. 16.

Vnus restat, isque tristissimus casus, quo viuo Im-  
peratore vacuum Imperium habetur. Si enim factum  
fuerit, vt graui et diuturno Imperator morbo oppime-  
retur, qui vsu rationis ita eum priuaret, vt ad regnan-  
dum prouersus redderetur ineptus, tum ex natura rei  
ipsius (pro mortuo enim talis tunc censendus foret,)  
tum ex verbis expressis Capitulationis; *und wenn der-  
selbe das Regiment selbst zu fuehren durch andere  
Umstaende gehindert wuerde, — suo jure Vicarios  
regnum administratueros, donec aut rectae valetudini re-  
stitutus, aut post obitum eius aliis Imperator esset electus,*  
firma persuasione credimus.

<sup>o</sup>) Ibi enim Cap. VII. de successione principum legimus: *donec senior  
ex iis legitimam aetatem attigerit, quam in principe Electore de-  
cem et octo annos completos censi volumus.*



DIPLO-



## DIPLOMATA.

---

A.

Ruprecht der Elter von Gottes Gnaden  
Pfalzgraff by Rin, Oberster Druchſeß vnd an vn-  
fers Herrn des Römischen Kunigs Statt Vicarius  
des Heil. Römis. Reichs vnd Hertzog in Beyern.  
Unsern freundlichen Gruss bevor erfammen wize Lüte,  
Meister, Rath vnd Burgere gemeinigliche der statt  
ULM lieben besondern vnd des H. Richs Getruwen.  
Als ihr wol verhöret hant, wie dass unser Herr der  
Römische Kunig Wenczeslaw von etlichen Landherren

zu



zu Beheim bekümmert solt sin, vnd er sin selbs nit  
mechtig were, dorumb sint die Ehrwürdigen in Gott  
Vätter vnd Herrn, Herr Conrad zu Mentze, Herr  
Wörnher zu Trier Ertzbischöffe vnd dess Ertzbis-  
choffs von Cölln Rat mit seiner Gewalt, vnser mit  
Churfürsten vnd auch wir, vnd viel andere Fürsten,  
Graffen Herrn vnd Stätte, die zu dem Rich gehö-  
rent, by einander zu Franckfurd gewest, da hat der  
Hochgeborene Fürste, vnser lieber Schwager Herzog  
Hanss unsers Herrn dess Kunigs wegen by vns ge-  
habt, vnd hat vns lassen vnterwisen, dass man ei-  
gentlich in der Wahrheit befindet, dass vnser Herr  
der Kunig leider bekümmert, gefangen, vnd sin selbs  
nit mechtig ist, vnd hat vns alle fast angeraffen,  
dass wir alle dozu raten vnd helffen wollen, von  
des Richs wegen, datz vnser Herre der Kunig mö-  
ge ledig werden, als wir vns dess auch willeclich  
erbotten haben zu dun, als wir alle dess wol schul-  
dig sin von des Richs wegen, vnd habin darum bitz  
vnd zu Stund vnser ernstliche Bodtschafft geton an  
dieselben, die unsren Herrn den Kunig gefangen hat-  
tend, dass sie yn vngedrengt von des Richs wegen  
gentzlich ledig sagen vnd lassen. Und diewile leider  
vnser

vnser Herr der Kunig also gefangen ist, so sin wir Kurfürsten übirkommen, umb dass dess Rich nit warloss und in sumenieße steet, dass vnser jglicher von des Richs wegen desto flisslicher dorzu sehen vnd gewarthen solle sins Rechten zu gebrauchen vnd zu üben, als yme zugehart von sins Rechten wegen an dem Rich, vnd wir als ein Pfalzgraffe by Ryn von unsers Kurfürstentums vnd Würdigkeit wegen, nachdem als es leider zu dieser Zeit vmb vnsern Herrn den Kunig und dass Rich gestaltet ist, sollen ein Vicarius und Fürscher dess Riches sin, als auch dass vnser Alt Vordern Pfalzgraffen by Rin, Kurfürsten des Richs gebraucht vnd off vns bracht hant, so sin wir mit unsfern Mit-Kurfürsten, auch also davon gescheiden, dieweil leider vnser Herr der Kunig gefangen ist, dass wir dan vns underwunden haben ein Vicarius und Fürscher also zu sin an unsers Herrn dess Königs Stadt von des Richs wegen yme und dem Rich vnd des Richs Undertanen zu staten vnd zu Notz als lange biss dasz vnser Herre der Kunig mit Gottes Hüff ledig vnd sin selbs wol mechtig ist, vnd wolten vns doch solches unsers Rechten bissher nit underziehen, biss dass wir von unsers Herrn dess Kunigs.

E

Bruder



Bruder Hertzog Hansen vnserm Schwoger vnderwissen  
set sin, dass vnser Herre der Kunig gefangen ist,  
als vorgeschrrieben stet. Dorumb bitten, heissen vnd  
gebieten wir vch ernstlich vnd festecklich als ein Vicar-  
rius vnd Fürscher dess Richs an unsers Herrn des  
Kunigs stad, dass ir vns als aym Vicarien des Richs  
und nymandt anders gewarten oder gehorsam sin sollent  
von des Richs wegen, bitz dass vnser Herr der Kunig  
also ledig ist, vnd dass ir vch auch fürderlich  
darzu stellent, wan wir vch entbieten, dass ir dan  
wollent bereit sin unserm Herrn dem Kunig iüwer Völ-  
ckre zuschicken yme zustaten, mit den andern unsers  
Mit-Kurfürsten, mit vns vnd andern Fürsten, Her-  
ren vnd Stätten zuziehen, als ir dan billich dunt  
vnd schuldig sint von des Richs wegen, auch ist vns  
Kurfürsten obiger zu Franckfurt fürkommen, dass  
vil Briefe gemacht vnd versiegelt sin mit unsers Herrn  
des Kunigs Majestät, grossen vnd auch seinen kleinen  
Ingesiegeln, sint der Zit, als vnser Herr der Kunig  
bekümmert gewesen ist: dorumb wir Kurfürsten vnd  
anderen Fürsten auch mit rin, überkommen sin, vnd  
gesetzt haben dem Riche zu Notze, vnd dess Richs  
Schaden

Schaden zu vermeiden, dass man keine Briefe, die  
also gemacht und versigelt sint off die Zyt, vnd  
sinther als vnser Herr der Kunig bekümmert, vnd  
sin selbs ungeweldlich gewesen ist, vnd als lange er  
mit gentzelich ledig wird, mit halten noch achten  
soll. Darnach wissent vch auch zurichten, dass al-  
tes han wir allen andern des Riches Stätten auch also  
verschrieben, vnd bewiesent vch also darinne, als ir  
vnss schuldig sint, von des Richs wegen etc. Datum  
Franckfort in die Beatae Margarethae Virginis  
Anno Domini. A. MCCCLXXX. 4<sup>o</sup> sub Sigil-  
lo nostro tergotenus affixo.



E 2

B. Ruprecht

## B.

*E*uprecht der Aelter von Gottes Gnaden  
Pfalzgraff by Rin, Oberster Druchsess vnd an unsers  
Herrn dess Römis. Kunigs Statt Vicarius, dess Heil.  
Römis. Richs und Hertzog in Beyern rç: unsfern  
freündlichen Gruss bevor Ersame wüse Leute, Guten,  
besondern Freünde, wan wir itzund, diewile unsrer  
Herr der Röm: Kunig leider gefangen ist, an sin Stad  
Vicarius des Richs sin sollen, vnd sin von rechtswe-  
gen, vnd auch itzund zu Franckfort mit andern  
unsfern Mit- Churfürsten und andern Fürsten da-  
von gescheiden sin dess Richs - Sachen zu handeln,  
als ein Vicarius, biss dass unser Herr der Römis.  
Kunig ledig vnd sin selbs wol mächtig wirt. Als uns  
das zugebüret, darumb sehen wir an unsers Herrn  
dess Kunigs Statt vmb des Richs wegen solchen Krie-  
ge,

ge, als itzund, zwischen dem von Dyß vnd dem von  
Lützelstein, vnd ihr beyder Helffer in dem Riche mit  
gern vnd senden darumb zu uch Hanneman von Sick-  
ingen unsfern Vitztum zu Neuenstadt und lieben ge-  
trewen vnd andere unsere Freünde, die er mit ym  
zu uch bringet von unsert wegen, den wollet glauben,  
was sie uch vmb einen gütlichen Tag von desß obgen.  
Kriegsweſen für vns zu leyſten ſagent werden, vnd  
darinne geſolig zu ſin an viſers Herrn des Kunigs  
Stadt von des Richs wegen als wir uch auch wölge-  
trüwen. Datum Altzey ſexta Feria poſt diem Bea-  
tae Margarethae Virginis. Anno LXXXX quarto.





**ULB Halle**  
005 361 494



3







1782, 13.  
DE  
VICARIATV SAXONICO  
LIBELLVS SECUNDVS

S C R I P S I T

E T

ILLVSTRIS I. CTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE

P R O

LICENTIA IN IVRE ET GRADV DOCTORIS

DISCEPTATIONI PVBLICAE

D. XXVIII. FEBR. CCCLXXXII.

H A B E N D A E

O F F E R T

CHRISTIANVS DANIEL ERHARD

A. A. M.

LIPSIAE  
EX OFFICINA BREITKOPFIA.

